

sium Tiburtinum episcopos excipit, tradentes litteras papae, quibus anathema regi minabatur, si in fines Romanos ingrederetur. Lib. pont. II, 181, cap. 125. **500**

— A civitate Viterbiensi Desiderius rex in propria reversus est. Lib. pont. I. c.

Mart. In Reate. Hildericus et Taciperga, mater eius, donant Probato abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) quatuor curtes. 'Regn. Desid. et Ad. a. XVII. et XIV, et temp. Theodicii ducis Spol., per ind. XI'. Reg. Farf. 91; Galletti, Vestarario p. 93; Fatteschi p. 274 no. 27; Troya 975. **501**

Apr. 19. Luca. Serbulus mandat Rachulo presbytero eccl. S. Columbani, ut omnium rerum suarum dimidiam partem ipso mortuo 'pro animae suae remedio' vendat et dispenset, alteram partem rerum legat Teusprandae uxori, si vidua permanserit, post mortem eius in possessionem S. Columbani transituram. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 126 no. 76; Barsocchini V, 2, 84 no. 145 quaedam emendat additque; Troya 976. **502**

Mai. 4. Luca. Lectulus et Peredeus episcopus (Lucensis) pacto conveniunt, ut ille casam eccl. S. Fridiani in loco Vico sitam colendam ea conditione suscipiat, ut episcopo quotannis census solidorum 5 persolvat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 127 no. 77; Barsocchini V, 2, 84 no. 146 quaedam emendat; Troya 978. **503**

Mai. 8. Vico Castellis. Agepert clericus et Gidfrit fratres accipiunt a filio Albinoni pretium mundii sororis eius tremisses 2. Ex autogr. arch. cathedr. Bergom. ed. Lupi I, 511; Troya 979; Hist. patr. mon. XIII, 92 no. 49. **504**

Mai. In Reate. Anstrepertus 'a parte monast. S. Mariae' (Farfensis) demonstrat 'in praesentia Gumperti episcopi, Teudati sculdhoris, Leoniani sculdhoris', aliorum contra Tasonem nepotem Struponis obloquentem, Struponem portionem suam casalis Stuberiani monasterio S. Mariae tradidisse. 'Per iussionem Theodicii gl. ducis, per ind. XI'. Reg. Farf. 92; Galletti, Chiese di Rieti p. 135; Troya 980. **505**

Jun. 2. Luca. Gundualdus presb. tradit ecclesiam SS. Mariae et Benedicti ab ipso 'in loco Castro Novo, in vico Campulo' aedificatam ecclesiae episcopali S. Martini Lucensi, constituit, ut ipse et nepotes sui rectores eiusdem ecclesiae ordinati episcopo quotannis sol. 1 persolvant. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 128 no. 78; Troya 981. **506**

Jun. Luca. Prandulu et Gumprand clericus commutant inter se salas et hortos intra civitatem Lucensem sitas. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 129 no. 79; Barsocchini V, 2, 85 no. 148 quaedam addit; Troya 982. **507**

Aug. 7—31. Luca. Davit testamentum facit, quo rerum suarum